Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



LV

ut audirent eum: & sanarentur a la
guoribus suis. Et qui vexabantur a
a spiritibus immundis: curabantur. Et
omis turba querebat eum tangere: quia
virtus de illo exibat & sanabat omis.
Et ipe elevatis oculis in discipulos su
os dicebat. Beati pauperes: quoniam
ipsorum est regnum dei. Beati qui nunc esu
riis: qr saturabimini. Beati qui nunc
flentis: qr ridebitis. Beati eritis cum
vos odirint hoies. & cum separaverint
vos & exprobraverint. & ejecerint nomen vrm
tanq; malum propter filium hois. Gau
dete in illa die & exultate: ecce enim
merces vra multa est in celis. Secundum
hec faciebant ppis pres eor. Verum
tamen ve vobis divitibus. qui habetis
consolonem vram. Ve vobis qui satu
rati estis: qr esurietis. Ve vobis qui
nunc ridetis: qr lugebitis & flebitis. Ve
vobis cum benedixerint vobis omis hoies.
Secundum hec faciebant pseudo phetis
pres eorum. Sed vobis dico qui audi
tis. Diligite inimicos vros. Benefacite
his qui oderunt vos. Benedicite ma
ledicentibus vobis: & orate pro calumpni
antibus vos. Et qui te percusserit in max
illam. prebe ei & alteram. Et ab eo q; au
ferit tibi vestimentum. etiam tunicam no
li prohibere. Omni autem petenti te tribue
Et qui auferit que tua sunt. ne repe
tas. Et prout vultis ut faciant vobis
hoies: & vos facite illis similiter. Et si
diligitis eos qui vos diligunt. quae vobis
est gratia: Nam & peccatores diligentes
se diligunt. Et si benefecitis his qui
vobis benefacunt. quae vobis est gratia:
Siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mu
tuum dederitis his a quibus speratis re
cipere. quae vobis est gratia: Nam & pec
catores peccatoribus fenerantur. ut recipi
ant equalia. Verumtamen diligite
inimicos vros et benefacite: & mutu
um date nichil inde sperantes. Et
erit merces vra multa: & eritis filii al
tissimi: qr ipe benignus est super ingra
tos & malos. Estote ergo misericordes.
sicut & pater vester misericors est. Nolite
iudicare: & non iudicabimini. Nol
te condempnare: & non condempnabimini.
Dimittite. & dimittemini. Date. &
dabitur vobis. Mensuram bonam & opertam.
& coagitatam & supefluentem dabunt in
sinum vrum. Eadem quippe mensura qua
mensi fueritis. remetietur vobis. Dicebat
autem illis & similitudinem. Numquid potest
cecus cecum ducere: Nonne ambo in fove
am cadunt: Non est discipulus super ma
gistrum. Perfectus autem omis erit. si sit si
cut magister eius. Quid autem vides fes
tucam in oculo fris tui. trabem autem que
in oculo tuo est non considerasti: Aut quo
modo potes dicere fri tuo. frater sine eiam
festucam de oculo tuo. tu autem ipe in oculo
trabem non vides: Hypocrita. ejice
primum trabem de oculo tuo: & tunc perspi
cies ut educas festucam de oculo fris tui.
Non est enim arbor bona. que facit fructus
malos: neq; arbor mala facies fructus
bonos. Unaquaeq; enim arbor de fructu
suo cognoscitur. Neq; enim de spinis col
ligunt ficus: neq; de rubo vindemiant
uvam. Bonus homo de bono thesau
ro cordis sui profert bona: & malus ho
de malo thesauro cordis sui profert ma
lum. Ex habundancia enim cordis
os loquitur. Quid autem vocatis me
domine domine. & non facitis que dico vobis:
Omis qui venit ad me & audit sermo
nes meos. & facit eos: ostendam vobis cui
similis sit. Similis est homini edifi
canti domum. qui fodit in altum. & posuit